Pro alia vero parte alij defendunt mercedem locationis non solo in pecunia numerata, sed in alia quolibet re veluti vino, oleo, frumento posse consistere; pro qua opinione primo expendunt I C. in contractu locationis non requirere pecuniam numeratam, sed solo mercedem l. si convenerit 23. ff. com. divid. l. si vir 52. ff. donat. inter, quae quidem merces tam in pecunia numerata, quam in alijs rebus consistere potest, l. si libri 21. l. excepto C. locat., l. et hae distinctio 35. § ult. ibi ut fructus mercedis nomine pensarentur ff. eodem § adeo ibi quandiu pensio, sive reditus inst. de locat. et cond. unde hanc mercedem diversis nominibus nuncupari testat. Cujat. lib. 4. observat. cap. 26. v.° quod in d. l. si merces 25. § vis maior ff. locati locatum cum pecunia et sine pecunia fieri posse docemur § quod pretium [illegible] venit. in alijs contractibus l. fin. C. de praedijs decurionum ibi de pretio et ibi ut eahic. quae et alijs fundamentis hanc sententiam ducit Baldus in l. 1. n.° 3. C. de usuc. emptor. Corrasius defendit lib. 2. miscellanearum cap. 11. quem sequitur Pinelus in rubrica de rescindenda 2.ª parte cap. 3. ex n.° 29. Cuj. tract. 3. ad African. in d. l. si vir 52. Morla tit. 10. in prohemio q. 1. n.° 5. Ubesem. ff. locati n.° 7. Conan. cap. 11. n.° 1. Petr. Greg. lib. 27. Syntag. cap. 1. n.° 10. relati a Pichar. in proemio inst.

de locat. et cond.

de locat. et conduct. Armenopulus lib. 3. tit. 8. Coluei
tano iure tenendum esse propter ordinatz libri 4. et tit. 5.
§. penul. defendit Caldas de empt. et vend. c. 18. n. 21.
et à buni uerso fere orbe receptam esse testat. Menchi.
controuer. lib. 3. c. 83. in princ.

go difficultatibus superatus Othmanus in eius tit. 19.
n. 11 for. pugnasse existimat, quem admumi in l. 1. §. sed an
sine nummis ff. contr. empt. sed cum utranque opinionem perpen
disse auctores clarissimos, et in supremo nostro senatum merito constatz
d. prin. lopez de Madera lib. sing. animaduer. cap. 15. n. 3.
distinctionis fodisse itaq. placauit, aut locatur inquit factus
personæ, ut tabulam fingeres, domum fabricare, merces trans
portari, aut locatur usus fruendi fundo, et alia qualibet re,
primo casu locatz in pecunia numerata consistere debere ex iura
sic intelligenda pro coi opinione adducta n. 2. 2° uº casu merce
dem locationis posse et in nummis, et in alia qualibet re
consistere ex iura pro opinione de qua in presenti sequuntur
Bichardi, primo inst. de locat. et conduct. n. 29. Duual. lib. 13.
cap. 6. lib. 1. Verum hæc clarissimi viri interpretatio generaliter
accepta displicet, quis, n. affirmet hunc contractum do tibi
domum, ut insulam reficias, nominatum esse, cum innomi
natum dicat Neratius in l. insulam. 6. hoc tit. et in ista alio
refectio ex his factis est, quæ locari solent ex l. fin. d. locati, de
inde hunc contractum trado tibi vineam, ut decem cados
mellis, aut decem olei pondera mihi des, nusquam au
diui locatz esse propter d. l. 6. et quia fructus debent esse tales, qui
nascantur ex re locata, ut ex omnibus iuribus s. n. 3. adductis
plane constat, et recte aduertunt Salicet. in l. si ottei n. 2 La
riches de pactis in tract. axiomate 129 displicet igitur hæc

Opinio, quod in locat.e utendi et fruendi mercedem generaliter
in qualicumque re, siue fructibus consistere requiri, ego u.
ita distinguo, aut locatur res infructifera, aut res fructifera
1.o casu siue locetur factum, ut tabulam pingere, domum
aedificari, siue usus fruendi, veluti si locetur domus, vestis,
debet merces in pecunia numerata consistere ex iura supra
adducta, 2.o casu potest merces consistere tam in pecunia
numerata, quam in fructibus eiusdem rei locatae, ex opinione
Saliceti et eorum, de quibus n.o 3. iam diximus, ratio diversa est,
nam unicuique contractui proprium aliquid tribuere
debemus, per quod a caeteris distinguatur, ut notat Richar.
in d. prio n.o 33. in 1.o igitur casu si merces non consisteret
in pecunia numerata, confunderetur contractus nomi
natus locationis, cum innominato contractu do, ut facias,
quo ut ab eo distinguatur, mercedem in pecunia numerata
exigimus, in 2.o u.o casu etsi merces consistat in fructibus eius
dem rei locatae distinguitur locatio a contractu societatis
et a contractu do ut facias, cum quo confundi potest, non
est contractus societatis, quia in ea periculum rei principalis
commune est, l. cum duobus 52. § quidam sagariam ff. pro socio
in locat.e autem hoc modo contracta etsi fructuum periculum
commune sit l. si merces 25. § vis maior ff. locati, tamen rei locatae peri
culum ad solum locatorem spectat l. si fundus 33. ff. eod. tit.
distinguitur etiam ab innominato do, ut facias, nam in eo quis
rem propriam, non u.o quasi communem dare debet arg. l. si tibi 14
ff. hoc tit. colonus autem, qui fructus pro mercede dat, quasi
quadam societate partitur eos cum domino d. § vis maior, et cum
locatio rei fructiferae distinguatur ab aliis contractibus, etsi
merces in pecunia non consistat, nihil inconveniens si fructus
pro mercede praestentur, cui distinct. et in puncto iuris et in iud.

Cando et consulendo adhaerendum censeo, quia expresse d. L. tt° 8. part. 5. eam tradit ibi endineros contados et ibi per recta cierta et quia inueterata consuetudo eam ubique recepit, cuius quidem ius anest contractus do, ut facias sit nominatus vel innominatus, utilitas maxima est, nam si est contractus nominatus locationis, in eo penitentia locum non habet d. l. si olei, sed si innominatus est, ille qui rem dedit poterit a contractu recedere d. l. si pecuniam. 5. d. condict. causa data de quo et alijs effectibus satis in d. praecedenti n° 9. hac in prioris § parte.

In ia § parte ibi quod si tale est factum, docet cons. quod si tibi pecuniam vel rem dedero, ut factum praestes, quod locari non potest, puta ut seruum manumittas, siue adiectum sit tempus intra quod manumittere debeas, siue non, si non manumiseris, potero pecuniam, quam dedi, repetere, quasi causa non sequuta, vel praescriptis verbis actione agere ad id quod mea interest, quia contractus innominatus est, haec pars difficillima plane est, dum in ea traditur, quod ego tibi pecuniam dedero, ut Stichum intra duos menses manumittas, si tempus praeterierit, potero vel pecuniam repetere, vel te compellere, ut seruum manumittas, idque traditur ibi siue certum tempus, idemque et cons. tradunt in l. non omnis. 19. d. rebus cred. l. 3. § 1. ibi quod si praeterierit, condici poterit d. condict. causa data l. si tibi 7. d. hoste. Verum ex locis fere innumeris constat seruum de quo pactum est, ut intra certum tempus manumitteretur, transacto tempore eripi ad libertatem ex diuorum Marci et Commodi constitutione ad Aufidium Victrinum l. Verum. 12 § quod si d. minoribus l. 3. § 1. de lib. tut. l. 2. Co. si mancip. ita fuerit alien. l. Paulus 88. § 1. d. liber. causa l. si is. 4. Co. si man. ita fuer. idioque ipso iure libertatem ei competere l. fin. d. ser. expor. etsi emptor in manumittendo cessauerit l. fin. l. 1. l. 3. l. 6. d. qui sine manum. ad liber. l. seruum 2. § 1. d. iure patron. etsi quis videre velit praedicta iura loquuntur in contractu nominato.

venditionis statim obstabit l. si pecuniam. 5. §. 2. ff. cond. caa data, ubi etiam in contractu innominato hic locum con stitutio, sed ut haec et alia iura, quae in hoc art.° occurrunt, lucem capiant, praemittendum est.

Constitutionibus Divi Marci et Comodi ad Aufidium Victrinum sancitum fuisse, ut si servus venditus fuisset ea lege et condit.e, ut intra certum tempus, veluti intra unum mensem manumitteretur, elapso tpe liber fieret ipso iure, et sine facto emptoris l. caam 20. §. 1. ff. manumission. l. fin. Co. si mancip. ita fuerit alien. l. Paulus 67. §. 1. de liber. caa l. intestato. 3. §. si plane ff. suis et leg. hered. l. in eo. 45. ff. ritu nuptiar. l. si is qui 30. ff. qui et agg. docent Cuj. lib. 1. observat. cap. 29. et lib. 1. cap. 21. Othmanus lib. 4. observat. cap. 18. Rebard. lib. 1. variar. cap. 18. et servo ea condit.e vendito libertas omnimodo competebat, nisi ante tpus voluntatem venditor mutasset, l. servus. 3. ff. serv. expor. l. 1. l. fin. Co. si manc. ita fuerit nam licet invito altero nemo possit a contractu venditionis recedere ut §. praecedenti n.° 9. docuimus, aut novam condictionem adiicere l. perfecta Co. de donat. quasi ullo modo tn iste venditor, qui voluntatem mutat, conditionem de novo adiicit, sed recedit ab ea, quam initio venditionis apposuit, a qua licite recedere poterit, quia eam non sibi, sed soli emptori imposuit l. quod autem §. uxori ff. donat. inter, notat Faber decade 45. errore. 5. n.° 8. quae quidem mutatio voluntatis so operatur, ne posset servus liber fieri ex constit.e, ut docet Cujac. ad Papin. in l. quaesitum. §. ff. serv. exportan. non autem ut venditio retractetur, quia ab ea invito emptore abiri non poterit l. ab emptione §. ff. pactis etc.

Neque obiiciet quis nihil interesse mutet venditor voluntatem, necne, siquidem mutatio voluntatis nihil operatur, l. quaesitum §. ff. serv. expor. ubi si venditor

mutauerit Volem, et emptor nihilominus seruum manumiserit, non potest agere ex vendito, quanti sua interest, eum manumissum non esse, sed omisso Accursio ibidem fabro de erroribus dicto error. 5. n° 9. Cndendum est, seruo libertatem competere si mutata venditoris Volle ultro eum emptor manumiserit, nam mutatio Volis venditoris solum operatur, ut serius intelligatur venditus sine ea condit.e ut manumittat, sicut igitur posset emptor seruum manumittere, si eum sine condit.e emisset, ita mutata venditoris Vole potest seruum libertate donare, quod mutata Vole seruus pure venisse Vr, quod si inites, si mutatio Volis non impedit serui manumissionem, ad quid requiritur, ut venditor in ead. Volle perseueret d.l.3. de seru. expor. videtur duratio Volis venditoris solum requiri, ut seruus efficiatur liber ex Constit.e Diui Marci, nam si venditor Volem mutaverit, seruus post tempus elapsum non fit liber ex Constit.e d.l.3. sed si emptor velit sponte eum manumittere, seruus fiet liber non ex Constit.e Diui Marci, sed tamen beneficio emptoris d.l. quaesitum, ita Accur. in d.l.1. §. qui sine manum. Jas. in l. qui Romae §. Flauius n° 6. §. Vbos Wlip. Cujac. d. lib. 11. quaestio. Papini et in l. 3. §. seru. exportan. mutata igitur Vole venditoris seruus fiet liber, sed ita demum si emptor eum manumiserit. d.l. quaesitum

Sed tunc urget nimis l.1. §. qui sine manumiss.e Obiet si venditor Volem mutaverit, nihilominus libertas competit ex Constit.e Diui Marci, ut constat ibi libertas competit et ibi et hoc diuus Marcus rescripsit, Accursius vndet id fieri quod emptor et venditor sine liberis decesserunt, sequitur Bart. in d. §. flauius in fine Cuj. in d.l.3. quod cum non sit aliquis, cuius intersit seruum liberum non fieri debet ad libertatem pervenire, ut docet Jas. in d. §. flauius n. 28. quae solutio

iniqua vi, q nullo hre existente fiscus debet succedere l. 1. Co. unde vir et uxor, notat Accurs. in l. ex facto §. ultimo ff. ad Trebel. 13 q seruus iste perveniret ad libertate et sine Vote venditoris, q eam mutavit, et sine emptoris placito q id non iussit, Subtilius Ant. faber ideo libertate competere affirmat, q intra tpus manumissionis emptor decessit, priusqd venditor Volem mutasset, nam cum mortuo emptore certum esse incipiat eum neque manumisisse, neu manumissurum esse intra praefixum tpus, dum constitutio succedit, facitque seruum liberum, tanqd si emptor in eo manumittendo cessasset arg. l. eumqui, et l. fin. ff. qui sine manumiss. post ad factum iuris fictione inductum mutatio Volis venditoris sera est, neque pot. revocare constitutionis effectum, qui legis pote iam praesentatus est, arg. l. fin. Co. si mancip. ita. notat Castren. in l. 3. §. 1. n. 5. ff. condict. caa data, Cujac. lib. 6. observat. cap. 24. faber. d. errore. 5. n. 1. nec potest queri Venditor mutandae facultatis facultate sibi auferri, ob id solum, quod emptor decesserit, nam id contingit, q morte emptoris res desinit esse integra, et quemadmodum post manumissionem serui nihil interesset, an venditor Volem mutaret, ita nihil interesset, si eam mutet, postquam seruus liber factus est ex ipsius constitutionis pote d. l. fin. Co. si mancip. ita fuit. ita eleganter faber decade 45 errore. 5. n. 9.

hae de seruis ea condit. venditis, ut intra certum tpus manumitterentur, ad quos solos Divi Marci constitutio pertinebat, ut ostendunt Cuj. et Rebuf. r. quod si venditi fuissent n adiecto tpe, intra quod manumitti deberent, habet locum distinctio de qua in l. fin. ff. qui sine manumiss. ex eadem constitut. si venditi fuissent, ut post mortem patris emptoris liberi essent mortuo emptore liberi efficiebantur ipso iure l. fin. ff. seruis exportan. similiter hae constitutio ad donatos seruos extensa est l. 1. Co. si mancip.

l. pen. ff. qui sine manumiss. Cujac. lib. 1. observat. c. 29.
Ex qua constit. usque adeo servus ipso iure in libertatem
eripiebatur, ut si emptor penam promisisset, ni prastitisset
libertatem servo, pena committi non potest, quamvis in ma
numittendo cessat l. fin. C. si mancip. ita fuerit alien. l. cum
C. de manumissionibus, etc.

Sed tunc obstant duo difficiles text. primus in l.
qui Romae 122. § Flavius Hermes de Verb., ubi servo do
nato caveo ut manumitteretur, penaque promissa si ma
numissus non esset, constitutio non fuit locum, si manumissus
non sit, sed et pena peti potest et libertas ab hic donatarius
prestare debet, 2 est in l. quod autem 7. § uxori ff. de donat. int.
Vir. si maritus uxori servum donaverit, ut eum intra
annum manumittat, si non manumiserit, non fit liber
ex constit. Divi Marci, f. difficultati omissis Cuj. lib. 1. obser.
cap. 29 Pichar. disput. de mora n. 149. Othman. lib. 4.
cap. 13. Rebard. 1 Variar. c. 13. Merilio lib. 1.
observat. cap. 29. Faber lib. 14. coniect. cap. 4 qui putant
Scaevolam ignorasse constit. Divi Marci, quia ad eius aetatem
non pervenit ex l. fin. ff. seru. export. quorum opinio lapsisse
convincitur per l. verum 11. § 1. ff. minoribus, l. Pamphilo
39. ff. leg. 3. quibus probatur Scaevolam sub Marco floruisse
quod etiam scribunt Lampridius in Marco philosopho, floriterg
lib. 2. historia iuris civilis cap. 75. unde indumest, ideo
servum non fieri ipso iure liberum ex constit. Divi Marci
simulque penam peti posse, quia non fuit donatus simpliciter,
ut manumitteretur, sed ut vindicta liber fieret, qui modus
cum specificus sit, in specifica forma impleri debet ab ipso
donatario ex l. Mavi, de cond. et dem. ita post Accurs.
defendunt Bart. Castren. et Fulgos. in l. 3. § 1. de condict. causa

data Sarmien. lib. 2. selectar. cap. 1. n. 22. Bne. ind. §.
flauius n. 4. etc.

Ad difficultatem ex d. l. quodam. §. uxori omisso Merilio d. lib. 1. cap. 19. qui expresse conuincitur ex l. 5. §. 1. D. condict. causa data, respondendum est, ideo constitutionem ibi locum non habere, quia cum donationes inter virum et uxorem improbatae sint, l. 1. D. donat. inter, adeo ut rei traditae dominium non transferatur l. 3. §. sciendum D. eod. tit. dominium serui donati non potuit transferri in uxorem d. §. uxori in fine domino autem non translato constitutio cessat, cuius potestas ea est, ut repraesentet factum emptoris et donatarii, id est, perinde faciat seruum liberum, atque si emptor et donatarius eum manumisissent d. l. fin. Co. si manu. ita fuerit alien. notat Faber decad. 45. errore 5. transacto igitur tempore non poterat lex repraesentare factum uxoris, quae cum nunquam fuerit domina serui donati, neque potuit eum seruum liberum efficere arg. l. si a seruo. D. qui et a quib. l. seruitus Co. de testam. manum. quae interpretatio colligitur ex d. §. uxori ibi domino igitur penes se remanente, eamque tradit Othman. lib. 4. obseruat. cap. 13. in fine, et si obiicias contra hoc, neque intra annum posse uxorem manumittere seruum, quia neque intra annum esset domina, cuius contrarium docet d. §. uxori, respondendum erit uxorem intra annum posse manumittere seruum, non quia tunc domina sit, sed quia uoluntate mariti id est, domini manumittit, tanquam si eius mandatum suscepisset arg. l. 4. D. manumission. vind. haec eadem constitutio ad legatos seruos extensa fuit teste Castren. in l. si fundum D. de §. 1. D. leg. 1. sed si testator, qui seruum legauit ea condictione, ut intra annum manumitteretur, alii seruum legasset, si manumissus non esset, tunc non fieret liber ex constitutione d. §. 1. quia constitutio solum viget, quando post tempus nihil testator disponit de seruo, ut recte notant Bartol. et Castren. in d. l. si fundum D. 1. etc.

Denique praedicta Diui Marci Constitutio

generaliter

gnaliter fiebat locum, quando servus ex quovis contractu datus erat, ut intra certum tempus manumitteretur l. si pecunia 5 § 1. ff. cond. causa data. superest nunc scire quare in nostro § si haberit locum Constitutio Divi Marci, et omissis relatis a Padilla fi. n.° 5. Merilio lib. 1. c. 29. cuius sententiam aperte refert d. l. 5. § 1. videndum est constitutionem divi Marci sic habere locum, quando ille, qui servum manumitti volebat, ipsum servum tradebat, nam cum ipse si vellet, posset eum manumittere, quia dominus erat, voluntas eius debet operari, ut adveniente die servus fiat liber ex voluntate eius, qui voluisset, potuisset eum manumittere d. l. si pecuniam 5 § 1. quod secus est, quando quis pecuniam dat, ut alter servum suum manumittat, ut in nostro §. et in l. 1. hortt. l. 3. § 1. ff. condict. causa data, quoniam cum ille qui pecuniam dat, non sit dominus servi, neque posset sua sola voluntate eum ad libertatem perducere, non etiam potest lex liberum efficere ex voluntate eius, qui etiam si vellet, non posset eum manumittere l. si non proprietatem C. de his qui a non domino, pro manumittere l. si non ... faciat eum liberum ex voluntate venditoris Fillig Cortim cum lex faciat eum liberum ex voluntate venditoris qui legem imponit l. causam 10 § puellam ff. manumission. ita Castren. in d. l. 3. § 1. ubi Cumanus n.° 4. Jas. fi. n.° 5. itaque constitutio Divi Marci non habet locum, quando quis simpliciter pecuniam dat, ut servus manumittatur, ut in nostro § sed si pecuniam quis det non simpliciter tanquam pecuniam, sed tanquam pretium servi, ut intra certum tempus manumittatur, tempore elapso fiet servus liber ipso iure l. si iis 4. C. si mancipio [...] l. Paulus 32. § 1. ff. liber. causa et ratio est, quia dando pecuniam tanquam pretium videtur quis emisse servum, ut docet Bartol. et Cuman. d. n.° 4. emptori autem servo libertas competere debet d. l. 3. de ser. expor. ita Bart. Castren. Cuman. et Jas. [...] Merilio d. lib. 1. cap. 29. [...] fi. et lib. 10. observat. c. 21. Merilio d. lib. 1. cap. 29. [...] officios pretio dato pro servo manumittendo, neque favore libertatis servum emptum videri d. l. Paulus § 1. ubi constitutio, quae de servis venditis loquitur, extensa fuit ad

ad eos seruos, qq manumittendis dnus pretium accepit, ut Othman. d. cap. 3. quo pretium accipiendo dnus non potest videri vendidisse seruum, q si eum vendidisset, iam esset ille casus comprehensus constit.e Diui Marci, neque ad eum necessaria fuisset extensio; vnde cum constit. tm loquatur de seruis venditis, ut s. n.o 7. et cum sola datione pretij constet venditionem non fieri ut ex § praeced. n.o 5. diximus videbatur constit.o pertinere non posse ad seruos pro qq manumittendis dnus pretium accepit, sed ut multa alia iuris reg.as favore libertatis introducta sit, ut notat faber in iurisprud. tit. 6. prio. 1. hoc casu eius favore censetur venditio contracta, ut docet Cuj. d. cap. 21. Othman. Lib. 1. obseruat. cap. 13. & potest dici dnum accipiendo pretium videri alienare seruum, cui alienato ea condit.e, ut manumittatur, libertas competere debet, ut n.o praecedenti notauimus, nonq sit venditus, sed q sit alienatus ex contractu innominato in 1. § 3. ff. de ... docet Paulus, quod si tibi unum seruum dedi, ut alterum manumitteres, si manumiseris, et ille, quem dedi, euictus sit, si alienum sciens dedi, de dolo actio in me dandam, si autem ignorans, in factum ciuilem, i. praescriptis verbis actionem accommodandam Iulianus scribit: huius euicti doctrina plana apud oes est, nam euicto Sticho debet dari actio praescriptis verbis, ut constat ex l. iuris gentium 7. § 2. ff. de pactis, verum difficultas in eo consistit, quod Iulianus quem probat Paulus euicto seruo dat actionem in factum ciuilem, i. praescriptis verbis actionem, at idem Iulianus a Mauricio reprehensus solam actionem in factum a Praetore dandam affirmat in l. iuris gentium 7. § 2. de pactis, quarum actionum sic ciuilis et praetoriae magna dria est l. actiones 25. § ult. ff. in honorarijs. 35. ff. de oblig. et act. prio inst. de perp. et temp. act. s.r quod videtur Iulianus variasse, aut si non variauit, vr male reprehensus a Mauriciano in § et ideo, siquidem approbatur a Paulo.

fi, aut minus recte probatus a Paulo in nro §. cum reprehenditur a Mauriciano in § et ideo, quorum neutrum dme, quae difficultas ut percipiatur videndum est, quid sit actio infactum praetoria, de qua in d. §. et ideo, et an sit eadem cum actione infactum civili, de qua in nro §. nam si est eadem, non est vera snia Iuliani fi, nec Pauli eum probantis, si diversa, videndum qualiter Iulianus conciliari possit ne sibi ipsi aduersetur, sed ut dilucidius declaretur, scire debemus actionem infactum nimis gralem esse, ut notant Bacon. lib. 1. declarat. c. 6. docet Othmanus in disquet. huius tt c. 3. nam actio infactum est actio subsidiaria, quae tunc competit, cum directa, et utiles actiones deficiunt, veluti in l. Aquilia, si quis corpore suo damnum dederit actione directa l. Aquiliae tenetur; si n corpore suo, sed alio mo corpus laeserit tenetur utili actione, si non autem corpus laesum fuerit, sed alio mo quis damnum ei dederit, quo nec directa, nec utilis actio competit, tenetur actione infactum §. fin. inst. de leg. Aquil. nam circumscribitur hac actiones ex facto, ut docet Othmanus d. c. 2. et cum multa sint facta, sive sint contractus, sive delicta, quae iure civili nomen habent, quaecumque actio ex ijs datur infactum a facto nominato, nomen actio praescriptis vbis veluti actio noxalis infactum l. 1. § ex qualiter d. noxal. act. actio infactum mandati veluti si mandavero 22. §. si curatio d. mand. actio infactum l. Aquiliae d. § final. alia et facta, quae iure civili nomen non habent de conventionibus loquor, nam delictum, cui nomen est Crimen Stellionatus, nuncupatur) qualis sunt innominati contractus, innominatae conventiones, ex quibus datur actio infactum l. 1. hott. quae et praescriptis vbis dr l. si tibi 2. d. eodem ut diximus in prio nostra lo. nº 6. quo cum deficiant directae, et nominatae actiones (ex quibus datur actio infactum l. 1. hott.) necesse est, ut narratio facti vice actionis proponatur nº 6.

monuimus, sed videndum est, quare act.es in factum, quae nascuntur ex facto ut ita dicam nominato, non appellent actiones praescriptis verbis, cum ista quae nascunt. ex facto innominato, eo nomine fruantur, sed ratio ratio in promptu est, nam cum appellantur in factum propter factum, ex quo nascuntur, si factum nominatum e, ipsa in factum actio erit nominata, sed si factum est innominatum, actio dicetur praescriptis verbis, quia ista actio in factum pendet a sola praescript.ne verbor., ut bene considerat Othmann. d. disput. cap. 2.

adwertendum ergo est actionum alias esse ciuiles, alias Praetorias d. l. actionum §. ult.o ciuiles sunt, quae ex legum praescripto descendunt, Praetoriae u.o quae a solo Praetore dantur princ. inst. de perp. et temp. action. quae quidem multae sunt, veluti institoria, exercitoria, tributoria, Serviana, actio de dolo, et aliae quas d. cap. 2. n.o 13. congerit Othmann., constat igitur, quod sicut directa actio ciuilis differt a directa Praetoria d. §. ult.o ita actio in factum ciuilis differri debet ab act. in factum Praetoria, quae cum ita sint, solum restat conciliatio Juliani, quare scilicet in d. §. et ideo, dederit act. in factum ciuilem, et omissis Accursij solutionibus, omissis pluribus relatis a Mendoza lib. 3. disputat.um cap. 4. ar.o 19. omissis decem opinionibus congestis a Nicolao Genua in d. §. et ideo, omissis Cuiacio lib. 2. Variar. cap. 27. et eius in d. §. et ideo, Othmann. in disput. de praes. verbis cap. 2. n.o 17. quare in d. §. et ideo fabro in rationali ad eum textum, Pacio cent. 4. q. 87. contendenti eius verba dumesse textum ciuilem in uno §, omisso Done. hott. c. 19. existimante Julianus a Paulo so referri non probari?

attendendum est Juliani sententiam tam in uno §. quam in d. §. et ideo tres casus comprehendere, 1.us est, quando quis sciens servum alienum dedit, et hoc casu aduersus eum

datur actio de dolo, 2dus est, qdo quis ignorans servum alienum eum dedit, et in hoc casu competit actio in factum civilis, seu praescriptis verbis, et his duobus casibus procedit Julianus in nro § simulque pr. a Paulo hic, neque reprehenditur a Mauriciano in d. § et dicto, 3us casus est, qdo quis servum alienum dat, et non constat an sciens, an ignorans alienum dederit, sed so liquet servum evictum esse, quo casu Julianus putabat actionem in factum a Praetore dandam, hoc est actionem de dolo, ut bene considerant Mendoça de cap. 4. nº 22. Donel. hoc tit. c. 19. nº 3. seu reliqui l. 4. D. de dolo, ad quam actionem dandam eo argumento movebatur Julianus quod non sit verisimile industriosum patremfam. ignorare quas res proprias, aut quas res alienas possideat, imo pro certo debet scire argumento l. fin. D. pro socio, quare cum praesumatur quis alienum servum sciens dedisse, praesumitur debet in dolo fuisse, contingue actione de dolo teneri debet, sed hoc tandem reprobat Maurician. eo quod dolus praesumi non debeat, sed expresse probandus sit l. dolum C. de dolo. et cum actio de dolo dari non debeat, nisi expresse dolus probetur d. l. dolum, l. qui servandarum 24. l. solutus. 25. in fine hoc tit. merito inquit Maurician. hoc 3º casu non esse dandam actionem de dolo, sed sufficere actionem praescrip. verbis ita Mendoça lib. 3. disput. cap. 4. nº 22.

ad § quod si faciam fluxio nra. leg.

difficultas huius § quae omnium ingeniis crux omni aetate fuit, in eo consistit, qualiter ex isto contractu facio, ut des. danda sit actio de dolo, cum ex reliquis innominatis contractibus ea nunquam detur, sed actio praescriptis verbis, ut in ista nra. l. serie iam vidimus, quae reg. a nobis esse vr. nam in l. permi. ff. h. 15. § ult. ab. fuit contractus facio ut des, datur actio de dolo et in l. solutus ea. ibi nisi quis D. hoc tit. ead. actio decernitur et ex hoc

cōtraicu manumitt. ut des, qui est contractu facio, ut des
solam actio de dolo competere. Imperatores rescribunt in l.
cum proponas 8. C. de dolo item in l. 4. C. de transact. et tali iche
te libero, ut mihi aliquid des, de dolo actio competit
denique probatur ut id tradere Paulus, qui cum pariter
iam acquisisset. Extra contractibus do, ut des, et do, ut
facias actio praescrip. verbis competere explicant hunc contractum
facio, ut des, solam actio de dolo ex eo nasci dicit, agendam
tis omnes fere et veteres et critici Accursio indistincte
defendunt, ex hoc contractu facio, ut des, solam actio de
dolo oriri, ita Bartol. Baldus Castren. et Jas. Jo idem Jas.
in § actionum n. 99. inst. de actionibus Petr. Greg. lib. 18.
Syntag. cap. 5. Alciat. lib. 5. paradoxorum cap. 1. Conan.
lib. 7. cap. 15. n. 3. Pothean. lib. 2. variarum cap. 18. Cuj.
lib. 5. quaest. Pauli et in l. 7. de pactis Besom. hoc tit.
n. 5. Chumacero selectarum interpretationum disput. 8. n. 11.

Verum ex contractu do, ut des actio praescriptis
verbis perinde oriri, atque ex tribus reliquis do, ut des,
do, ut facias, facio, ut facias, verius semper existimavi
1.° quia hic contractus existunt, quorum appellationes nullo
iure civili prodita sunt, praescriptis verbis agendum est
l. 2. et 3. hoc tit. Contractus autem istius facio, ut des, nullum
iure civili nomen est, igitur ex eo competet actio praes
criptis verbis; 2.° ideo contractus innominati producunt
actionem praescr. verbis, quia ad instar contractuum innominatorum
incedunt, ut Cuj. et Pothean. advertunt, nam permutatio,
quae emptioni, do ut facias, quae locationi, facio ut facias,
quae mandato assimilatur, pariunt actiones praescr. verbis § 1. et § 2.
§ sed si faciam nostra l. l. si gratuitam 17. § Papinian.
alias l. si rem 18. hoc tit. Contractus autem facio, ut des si
milior est locationi, quam contractus do, ut facias, quod sic
ostendo, nam in contractu locationis, unus dat, et alter facit

Verum huic sententiae firmiter tenendae tenebras offendunt Celsus in d. l. fin. ibi et ideo si mortuus est Stichus et in l. 5. § ult. ff. de cond. causa data, et ibi ipsi adhuc servus obiisset, et ius difficilis in l. 2. § ult. ibi mortuo Sticho condict. repetam ff. de donation. l. petitis C. ad uoc. diuer. iudicum l. 1. l. si militem. 5. l. cum ancillam. 6. C. de condict. ob causam datis, quae evidenter ostendere videntur periculum pertinere ad eum qui accepit, non ad eum qui dedit, quin imo in locationis contractu repetitionem pecuniae datae competere si casu fortuito merces transuectae non sint, probat Cons. in l. ex conducto. 15. alias si uno. 17. § item cum quidam ff. locati cum mille alijs, cuius rei rationem reddunt Cons. quia hominem accipientis infecerit in d. l. fin. et in § item cum quidam, quia nauta munere vehendi functus non sit, quibus iuribus innixi Accurs. et Bart. hanc opinionem defendunt teste Padilla hic n. 13. Cujac. hic et lib. 13. observat. cap. 29 Fachin. lib. 2. controuer. c. 72 Fabr. d. c. 10 Schipher. d. lib. 2. tract. 4. q. 4. Donell. hott. c. 7. et lib. 14. com. cap. 21. Duaren. sibi aduersus in l. si ex legati causa ff. de verb. oblig. et in commentar. de condict. causa data c. 4. in fine.

Sed omissis ambagibus videndum est Celsum in d. l. fin. loqui, quod Stichus, qui dari debebat, alienus erat, ut constat hic, sive alienum, quo casu pecunia data repeti potest sive ante sive post traditionem Stichus decedat, quia neutro casu contractum impleuit, aut implere potuit, qui Stichum alienum promisit, ut iam diximus ad l. 1. in fine de rer. permutat. quae ratio etiam efficit, ut pecunia repeti possit etiam ab eo qui Stichum suum dedit, si pro euictione cauere nollit d. l. fin. quia ante tempore contractus nescire potest, an ille homo euincendus sit, necne, ut considerant Faber d. cap. 10. Schipher. tract. 4. q. 7. undeque nec

impleta [sic] pecuniam repetit, deinde l. 5. § ult. ff. condict. causa data, nihil obstat, quoniam intelligenda est, quando adest aliqua negligentia eius, qui manumittere debebat, quin potius ex ea probatur usque adeo rei interitu debitorem liberari, ut etiam si aliqua negligentia praecesserit, adhuc pecunia data repeti non possit, veluti si profectio manumissionis causa morti causam praebuerit, ita Sabosig et Osual. super lit. e. sed obiicies in d. § ult. agi, quando mora praecessit, et quando nulla mora fuit in casu mortuo Sticho repetitio competit ibi siquidem mora, vel etiam sine mora repetitio datur ibi ipsi adhuc, quando si mora non praecesserit, nec culpa potuit esse, sed patet aliquam culpam intervenisse, siquidem statim atque pecuniam accepit, potuit manumittere servum, difficilior est l. 2. § ult. de donation. cuius non meminere Sabosius et Osual. palam est eam loqui in donatione conditionali, ut constat ibi ea conditione et ex l. seq. eiusdem a. conditionis autem natura est, ut si extiterit, contractus valeat, si defecerit, nullus sit, d. l. nerio ff. si conditio extiterit, non repetet, si non extiterit, repeti poterit, l. sub condit. ff. condict. ind. notat Bart. in l. impossibilis in fine de verb. oblig. Sarmien. lib. 2. selectar. c. 3. n.o 8.

item l. 1. l. 5. l. 6. co. de condict. ob causam datorum movere non debent, loquuntur enim, quando causa, ob quam datur pecunia, a iure impleta est, et ab initio non subsistit, cum igitur ab initio tempore contractus causa subesse non possit, contractus sub impossibili condit. celebratus censetur, quae semper contractus vitiat l. non solo 33. ff. act. et oblig. etsi obiicerem d. l. co. de condict. ob causam datorum in illis verbis si non impossibilem contineat causam, quod probari videtur ex donat.

Correis soluit creditori etsi aduersus alterum correum habeat actionem l. 2. §. de dudot. reis, in actionem competentem sibi cedi recte desiderat, l. cum pupillus 21. ff. tutel. et rat. distr. ni alia ratione, quam quod sibi expedit plures actiones habere l. cum filius 76. §. varijs ff. leg. 2. quam interpretationem ceteris hucusque allatis veriorem iudico sed si ob scrupulum remouere velimus cum Schifordy. notandum est nundinas iure nostro accipi pro epulis, quae aliquo die solemni opponi solebant, ut probat Stuchius antiquitatum viralium lib. 2. c. 33. sic intelligens nostrum textum et l. annua 20 §. asia ibi nundinarum ff. annu. leg. iunctis traditis a Cassio antiquit. Roman. lib. 11. c. 5. Donato in scholijs ad Sueton. in August. c. 38. accipiuntur etiam nundinae pro omni impensa, quae fit in ipsa emptione, ut ex bonis auctoribus probat Timeus lib. 1. annotatus cap. 17. quale est salarium et honorarium, quod proxenetae datur l. fin. ff. proxenetic. Cujac. lib. 11. obseruat. c. 18. vectigal l. debet 27. ff. aedil. edic. merces, quae praeconi datur, aliaque impendia de quibus in l. 8. ff. hered. et act. vend. l. et obligatus 20. §. 1. ff. liber. cau. quae consessit Cuj. lib. 24. obseruat. c. 8. et licet vectigal a solo emptore solui debeat l. debet 27. ff. aedil. edic. docet Cuj. d. cap. 8. est communis opinio a traditis a Pinel. in l. 2. 2p. c. 3. n.° 40. C. de rescinden. in reliqui sumptus communiter ab emptore venditoreque praestari solent ut ex d. l. debent, notant plerique scribentes Schiphordy. lib. 3. tractatu 28. q. 14. notandum praeterea initam ad emendum societatem, ex socijs aeque teneri venditori ex uendito ut ex d. §. si procurator, late probat Schiphor. d. q. 14. igitur cum et socios et venditoris interesset epulas praestari ab illo socio, qui eas promiserat ne ipsi postea eas soluerent, ideo illa ratione epulas competit aduersus eum et pro socio et ex uendito actio, quasi pactum initum cum socijs intelligatur adiectum etiam in favorem venditoris, ita Schiphor. d. tract. 28. q. 15. cuius sententia placet, et quod propter solas epulas pro socio et ex uendito

actus concedit, et quae haec interpretatio admissa, quam n.º 13. ad iecimus, nihil mouent, — et ad priora nostri § uerba rede undo, ueriss sententiae, emptus et uenditus esse non posse, nisi pecunia pro re detur, ut n.º 2. monuimus, quod intelligendum est initio conuentionis d. l. rebus Co. de rerum permut. nam cum eo tempore perficiatur contractus, tunc sua substantialia requirit, caeterum si emptio finita, et contractu iam perfecto loco pecuniae alia res detur, ex post facto emptio nihilominus erit, l. pretij. 13. Co. rescin. uend. ut bene docent Pinel. in rubrica de rescind. 1. p. c. 3 Caldas de empt. c. 18. n.º 13. quia quidem pecunia numerata esse debet, d. § pretium inst. de empt. et uend. usque adeo, ut si pro domo mea fundus Titij extimatus ab initio loco pretij mihi detur, emptio esse non poterit. quae iura sic intelligenda in l. 1. Co. rerum permut. l. 1. § item sine nummis ff. contr. empt. § pretium inst. de empt. et uend. quae ita intelligit Cuiacius in commentarijs ad tt. Co. de rerum permut. Conan. lib. 7. cap. 5. n.º 5. et n.º 4. non recte percipiat d. l. 1. Co. de rerum permut. Id eam percaluit Pinel. in rubrica de rescinden. 1. p. cap. 1. et n.º 13. Ant. fab. lib. 6. coniectur. c. 9. denique ut emptioni, et uenditioni finis imponatur, non obstat emptus et uenditus esse sola pecunia pro re data, et si de contractu non mentio fiat, quia sola extimatio facit ueram emptionem, l. plerumque 10. § si ante ff. iure dot. ut si maritus res extimatas in dotem accipiat, et ipse agat ex empto, et aduersus eum ex uendito agat l. ex conuentione 10. Co. de pactis l. 1. l. cum dotem 10. Co. de iure dotium quod ipse uerus emptor et mulier uera uenditrix erunt, d. l. ex empto, d. l. Julianus § ex uendito ff. action. empti, quae iuribus et aduersus omnium opiniones adduci possint, unde dum inerit re extimata in dotem data non simplicem uenditionem contrahi, l. quoties 17. ff. iure dotium, sed quasi uenditionem celebrari; l. ex promissione 19. ibi quoad modum ff. action. et oblig. l. unica § extimatas ibi quasi emptor Co. de rei uxor. act. ad hoc ut ma

rito

marito, qui talem extimatam accepit, omnes effectus tribuamus, qui tribui solent emptori, ut quemadmodum convent. perfecta periculum rei venditae pertinet ad emptorem l. necesse d. de pericul. et comm. rei vend. ita res extimata mariti periculo sit d. l. plerumque, et sicuti rem alienam venditam emptor usucapit tit. d. usucap. pro emptore l. clavibus 74. d. contra. empt. ita et maritus usucapiat l. 2. pro dote docet Donel. lib. 5. cap. 14 [illegible] in permutationibus plaet in d. § etsi ante et in l. 10. Co. de iure dotium, et quod extimatio faciat emptionem non de vera et simplici empt. l. si propter d. rerum amotar. l. litis. § d. pro emptore, sed respectu horum effectuum intelligendum est, ut bene censuit Accursius in d. l. 3. d. pro emptore et haec de pluribus [illegible]

Seq. apud Paulum, si autem rem do, ut rem accipiam, his verbis usque ad vers. sed si ad hos de permut. agens vir doctiss. tria cons. 1. contractum do ut des et contractum permutationis non distingui; 2. permut. et empt. diversos contractus esse 3. loco docet, quae actio ex contractu hoc nascatur; 1 q. diversos auctores habet nam Accurs. in l. 1. Co. de rerum permut. existimat contractus istos diversos esse, sequuntur Bart. Jas. et Castr. in l. 4. d. edendo. Bulteius in d. actionum n. 59. in tit. de action. Oberembe. in Institut. Co. Faber Lib. 6. coniectur. c. 9. Schiphordius. Lib. 1. tract. 3. pertotum, qui duas differentias constituit, inter quas illa magis eluceat, 1a permutationem esse, quando species pro specie, veluti domus pro fundo, Schiphus pro Sticho dantur, contractum do ut des stricti iuris esse, contractum permutationis bonae fidei esse § actionum in tit. de action. 3a differentia, quando ex contractu do ut des agitur ad interesse ut in [illegible] § ex permutatione autem non agitur ad id, quod interest, sed ad repetendum rem datam l. 1. in fine. d. rerum permut.

Ex diverso autem permutationem a contractu do ut des

nihil differre suadetur nri § sbis ibi qn placet permuts empts esse, ubi tractans Cons de contractu do ut des, post quam dixerat pecunia data empts esse, postea subiicit unare pro alia data n. empts, sd permutats esse, qq sbis aperte probat contractum do ut des et contractum permutationis eundem esse, et lt Schipher, videat eis sbis q non placet rey permutats etc. non docere contractum do, ut des, et permutatis eundem esse, sd solus signari permutats esse silem contractui do, ut des, hoc mo vero falsum credo, nam contractus do, ut des hoc mo celebratus, do pecuniam ut rem accipiam propie emptio est, q contractus do ut des hoc mo celebratus, rem do, ut rem accipiam propie erit permutatio hanc sentiam defendunt Petr. Greg. lib. 26. syntag. c. 1. Conan. lib. 7. c. 19. no. 3. Cujac. h. Corras. lib. 2. miscellanear, c. 19. Pinel. in rubrica C. de rescind. 2. p. cap. 1. no. 9. et 10. Baconig lib. 1. declarat. 2. Treuler disput. 20. Thesi 7. q. 7. Padilla h. no. 9. Paul. lib. ... q. 28. Cavocig lib. 2. variar disputat. cap. 29. sd declarandae, supponendo prius contractum do, ut des dupliciter considerari, 1o mo sumitur tamquam genus, quatenus comprehendit sub se empts et permutats, et hoc mo re vera distinguuntur permutatio, et do ut des, quod patet, quod si in hoc casu idem essent permutatio, et do ut des, quemadmodum do, ut des continet sub se empts, ita et permutatio eam contineret, quod negat Cons d ibi q non placet rey permuts empts esse. 2o mo sumitur contractus do, ut des tamquam species, veluti cum una res, quae non sit pecunia pro altera datur, ut si Schiphus pro Sticho, vinum pro tritico, fundus pro domo, et in hoc casu n distinguuntur permutatio et do ut des, sd idem sunt, quo

sensu

sensu dixit Paulus [illegible] remdare, ut rem accipias permu
tatam esse atque ita intellecta horum auctorum opinionem
veriorem censeo.

quarta tamen dicta n° 9. adducta moveri non debent,
nam primo nempe permutationem contrahi, veluti cum species pro specie,
fundus pro domo, contractum vero do ut des, cum genus pro genere veluti
vinum pro tritico datur, prorsus commenticium est, ut Thunglerus
advertit, et eam irridet Schifthor. d. tract. 3. q. 6. et 7. nam
a iuris ratione alienum est, cum contractus do, ut des etiam in speciebus
fiat l. fin. ff. condict. causa data, et contra permutatio etiam fiat in rebus
consistentibus in genere l. emptionem 7. Co. de rerum permut. l. 1. ibi
sed hic versus ff. contrah. empt. notat Fachineus lib. 2. controver.
cap. 44. minus obstat 2a dicta, veluti contractum do, ut des
esse stricti iuris, quia ex eo nascitur generalis actio praescriptis verbis, quae
bonae fidei dicitur § actionum inst. de actionibus. Nam etsi haec dicta
communiter recepta sit, ego eam non admitto, imo opinor omnes praescriptis
verbis actiones bonae fidei esse, quia ab utraque parte obligatio nascitur,
ut copiose diserui ad d. § actionum ex n° 13 et 16. quam opi
nionem invenit Franc. Othmanus in d. § actionum enumerat[illegible].
sequuntur Elegans Eglinus Ortensius Hispanus ibidem.
neque obstat d. § actionum, ubi Iustinianus statuere videtur solam declaratam ex a
praescrip. verbis act., quae de extimato proponit, et quae ex per inst. de action
mutatione concipit esse bonae fidei, quasi a contrario doceat omnes
praescriptis verbis actiones praeter duas ibi assignatas esse stricti
iuris, distinctamque a permutatione, nihil inquam obstat,
si recte imperatricis verba percipiantur, inquit enim, omnes prae
scriptis verbis etiam de extimato simulque ex permutatione actiones
bonae fidei esse, idque palam docet ibi praescriptis verbis, quae
de extimato proponitur, et quae ex permutatione competit, nam
si ea verba praescriptis verbis non intelligerentur de generali
praescriptis verbis actione sed restringenda esse ad act. de exti.
mato et ex permutatione, superfluo dixisset Imperator act.

praescrip. Vbis. et de extimato et expermutat.e esse bonae fidei cum sufficeret dicere, quae de extimato proponitur, et eaque experimutat.e competit, et in eo consistit cois sententia error, puta n, ea Vba, quae de extimato proponitur, esse relativa, seu restrictiva praecedentium, ut sensus sit, sola praescriptis Vbis actio, quae de extimato proponitur et experimutat.e datur est bonae fidei, quia relativi natura est praecedentia restringere, ut docet Meno. lib. 3. praesumpt.e 101. n.o 3. per l. Stichum de leg. 1. sed si hoc verum sit, quandoque tn relativum quis ponitur ampliative, si copula ei adiungatur l. eam adiectio 43. § leg. 3. docent Bart. in l. 1. n.o 1. Co. de summa trinitate Paul. in l. omnis n.o 2. D. iust. et iure et cum in d. § actionum copula adiuncta sit relativo ibi et eaque apparet non restrictive, sed ampliative collocatum esse —

Id obiiciet quis, si generaliter Iustin. iam statuerat oes praescriptis Vbis actiones bonae fidei esse ibi praescrip. Vbis superfluum fuit addere eas praescriptis Vbis acts quae de extimato et experimutat.e proponit, esse bonae fidei, siquidem ista duae actiones, quae praescrip. Vbis sunt, iam comprehensae erant sub regula quae docet oes praescrip. Vbis act.s esse bonae fidei, sed quia has duas act.s a Iustin.o esse numeratas, ponit ad eas solas regulam restringeret, sed exempli gratia tamquam principaliores ita Othman. et Viphanius, et cum certum sit exempla non restringere reg.am l. 1. § quod vulgo dicitur et ui arma. § damni do. in fine de dam. infec. ubi notat Catheni. n.o 2 Fulgosius in l. mandatam n.o 20. D. off.o eius, Alciat. in l. 2. n.o 2. Co. qui admitti, Belonus lib. 3 supputat.um cap. 10. n.o 1. ea enumeratio postpenus apposita illud non restringet l. quaesitum 22 § fin. ibi non videri diminutum, sed potius ex abundanti adiectum D. fun. instructo —

Denique 3.a dria, quae api ex contractu do, ut des api ad interesse, et n.um § experimutat.io api ad repetendam rem datam, aperte falsa est, est n. verius experimutat.e quemadmodum ex contractu do ut des nasci act.s praescriptis Vbis

et condict. diversis in respectibus, quod actio praescriptis verbis competit ad cogendum eum, qui rem accepit, ut alteram rem invicem det, vel solvat, quanti mea interest eam rem accepisse, condictio vero datur ex bono et aequo ad repetendum rem datam l. in summa 65. § quod autem ff. condict. indebiti prout ille elegerit l. 1. l. 4. l. 5. l. 7. l. fin. Co. rer. permutat. noster Paulus in l. dominus ff. de his ff. docuit ista et antiquius in d. l. 1. Co. rer. permutat. Cuj. lib. 5. quaestion. Pauli, nec aliud doceri existimet in d. l. 1. §. igitur ff. rer. permutat. ubi ille qui rem dedit, non potest agere ad interesse, sed tamen ad repetendum rem datam, nam omissa solutione Accursii, quod ea ista non in ho[...] agemus, ita interpretatur non tamen in ho[...] agemus, quem sequitur Faso ibidem n.º 3. omissa emendatione Othmani, qui in Accursium inclinat lib. 3. observat. cap. 2. quam recte reprehendit Cujat. lib. 13. Pauli ad edictum in d. l. 1. omisso Fabro lib. 6. coniectur. cap. 9. Schipstordio lib. 2. tractat. 3. q. 4. et 7. in[...]dum est illum §. versu intelligendum esse, quando quis rem alienam solus tradidit, ut versu praecedenti constat, quo casu si alium qui talem rem accepit, velit compellere ut alteram dare, vel eius interesse solvere non potest, quod ex parte sua contractum non implevit, cum dominium rei traditae in alterum non transtulerit igitur cum non possit agere ad implementum contractus, superest, ut solum repetat, quod dedit, ita Conanus lib. 7. commentar. cap. 5. n.º 7. Cujat. lib. 13. observat. cap. 10. Thimlerus disputat. 3o Thesi 30. q. 5. cui verissimae interpretationi immerito obiicit quis ea verba seu res nostra nobis reddatur, quae suaderi videntur rem traditam non fuisse alienam, sed propriam tradentis, sed a paren[...] dictis florentinis abest. id verbum nostra, ut recte advertit Cujat. d. c. 10. quod si quis adhuc instet in d. §. so

igitur condictio propter causam non sequutam competeret ei qui dedit, quae non datur, nisi ei qui ex parte sua contractum implevit, igitur ille qui dedit, non dedit rem alienam, quod si contractum non implevisset, sed haec condictio ei dari, qui rem alienam dedit, non quia ipse contractum implevit, sed quia ille qui accepit contractum non implet, ita Cujac. d. l. 1. et lib. 33. Pauli ad edictum in l. 5. de rer. permutat.

Quarto loco docet Paulus permutationem ab emptione differre ibi quod non plane rerum permutatio emptio esse, cuius differentias prosequitur in l. 1. D. rer. permutat. usque adeo in contractu, nomine in causa efficienti in materiali et formali et in effectibus istos contractus distinguat, et imprimis ex nomina distinguendum esse constat, quod sit idem emptio et permutatio, nullo modo eis diversa vocabula mandarent arg. l. si idem. 7. Co. codicill. differunt in causa efficienti, hoc est in modo celebrandi contractus, nam emptio et venditio perficitur, simul atque de pretio convenerit prid. inst. de empt. et vendit. neque necesse est a venditore rem tradi et ab emptore pretium solui ad hoc ut alter alteri obligetur, sed sola convent. obligantur l. 1. §. item emptio D. rer. permut. cuius effectus ille est, ut nullus possit deinceps a contractu resilire l. sicut 8. Co. de act. oblig. similiter ut res vendita periculo sit emptori l. necessario 8. D. peric. et com. rei vend. ut s. n.o 2. monuimus, permutatio autem non fit solo consensu, neque alter alteri obligatur, statim atque inter eos convenit de permutando, sed necesse est, ut post venditionem res detur, quam accepta ille qui dedit, hic alium sibi obligatum d. l. 1. ideo permutatio, neque ipse obligatus manet, et quo fit, ut ille qui dedit, re ab altero nondum tradita possit a contractu discedere, ut in rub. de cet. Cons. ibi

t simeum, simulque fit, ut res non sit periculo eius qui dedit, sed potius illius, qui dare debuit l. fin. ibi et ideo ff. condict. causa data, ut recte aduertit Done. lib. 13. cap. 1. [illegible] in pretio, sed non latius infra. 3° differunt isti contractus in materia hoc est in rebus quae celebrantur, nam in emptione ex parte venditoris merx, ex parte vero emptoris pretium interuenire debet l. 1. in principio ff. contrah. empt. l. 1. ibi aliud pretium, aliud merx ff. rerum permutat. de quo supra n. 2. meminimus; permutatio uero fit rebus utrimque datis, nec ab una parte pretium esse debet, sed utramque mercem dari oportet l. 1. ibi nec aliud merx ff. contrah. empt. l. emptionis [illegible] Co. rerum permut. ex qua et altera fluit venditorem non teneri transferre dominium rei venditae, si dominus non est l. si ita [illegible] ff. qui vendidit ff. contr. empt. sed sufficere ob euictionem se obligare possessionem rei tradere, et purgari dolo malo l. 1. de rerum permutat. emptorem teneri nummos venditoris facere d. l. 1. d. l. ex empto. 11. ff. action. emp. cuius diversa ratio omissa fabro lib. 6. coniect. cap. 9. [illegible] de contractibus tractatu. 6. fulgos. in d. l. ex empto Alciat. in l. 2. n° 27. et in l. singularia n° 31. ff. rebus cred. aliisque pluribus quos congerit Osual. lib. 13. 5. lit. a. et est quod cum venditor rem vendiderit in specie, veluti fundum Titianum satisfacit conuenti tradendo eam rem, quam hic, quam ostendit emptori, et de qua tradenda se obligauit, cuius rei si dominus fuit, dominium in emptorem transferet, si non fuit dominus, usucapiendi conditionem l. clauibus 74. ff. contr. empt. Petr. Greg. lib. 28. syntag. cap. 18. n° 4. Ant. Gom. t. 2. c. 8. in fine Done. lib. 13. comment. cap. 5. emptor uero tenetur nummos accipientis facere, quia non promisit dare hos illos nummos in specie sicut venditor sed nummos in genere, ideoque si eius venditoris non fecerit, potest venditor aduersus eum

